

G.12. num. 13.

7  
DISSERTATIO JVRIDICA INAVGVRALIS, 28  
DE  
**J V R E**  
**CONSVETVDINARIO,**

*1671*  
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA  
SVB AVSPICIIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DN. FRIDERICI,**  
HASSIAE LANDGRAVII, RELIQ.  
AVCTORITATE ET DECRETO  
INCLYTI JVRISCONSULTORVM ORDINIS


*1671*  
IN  
ILLVSTRI ACADEMIA MARBURGENSI  
**PRO GRADV DOCTORIS,**  
SVMMISQUE IN VTROQUE JVR E HONORIBVS ET PRIVI-  
LEGIIS RITE OBTINENDIS,  
MAGNIFICI SENATVS ACADEMICI  
EXAMINI PVBLICO  
AD DIEM XXVIII. APRILIS. ANNI c/o Iocc xxxv.  
SUBMITTIT  
**SIGISMUND. FRIDERIC. KÖENIG,**  
HELVETIO - BERNAS.

---

MARBVRGI CATTORVM,  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, Acad. TYPOGR. ET BIBLIOP.

KÖN.FRIED.  
UNIVERS.  
ZVHALIE

SIGISMUND FREDERIC KING  
AD DILEM XXXVII VENIT ANNI 1510 DECEMBER  
EXARUMI SENSATI  
MAGNIFICI SENIATAS ACADEMICI  
FECERIS RITE OEST AVENSIS  
SUMMUS IN LITERIS ET SCIENCE HOMINIBVS ET TUTA  
PRO GRADA DOCTORIS  
IN  
KIRCHIAN ACADEMIN MARBURGENSI  
INCIVIT IARISCONSAUATORIA ORDINIS  
HASSE LANDGRAVII REGIS  
DN ERIDERICI  
REVERENDISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
DIVINA LAUDANTE CLEMENTIA  
DE  
JAR  
CONVENTDINARIO



VIRO  
AMPLISSIMO ATQUE SPECTATISSIMO  
DOMINO,  
**JOH. RUDOLPHO**  
**STETTLERO,**  
ILLVSTRISSIMÆ AC FLORENTISSIMÆ  
REIPVBLCÆ PATRIÆ  
**DVCENTVM VIRO**  
GRAVISSIMO,  
PRÆFECTVRA QVONDAM IN CASTELLEN  
SVMMMA CVM LAVDE DEFVNCTO,  
**SVMMI APPELLATIONVM TRIBVNALIS**  
PRO  
DITIONE TEVTONICA  
ASSESSORI MERITISSIMO,  
COGNATO SVO HONORATISSIMO  
PATRONO INDVLGENTISSIMO  
DISSERTATIONEM HANC  
INAVGVRALEM  
D. D. D.  
**SIGISM. FRIDER. KOENIG.**

VIRIO  
AMPLISSIMO ET QUA SPERATISSIMO  
DOMINO  
Joh. RADOLPHO  
STETTERO  
ILLUSTRISIME AC FLORENTISSIME  
REIPUBLICAE PATRIA  
DAGENAU MARIO  
GRAVISSIMO  
PREFECTURA QONDAM IN CASTELLO  
SUMMA CVM LAUDE DECIMOTO  
SUMMI APPELATIONUM TRIBUNALIS  
DICTIONE TUTONICA  
ASSERATORI MERITISSIMO  
COGNATO SAO HONORATISSIMO  
PATRONO IMPERIALISSIMO

DISTRIBUTIONEM HANC  
IN VAGABUNDI  
SIGIS. FREDER. KOENIG.

502

---

CONSULTISSIMO  
DOMINO  
CANDIDATO  
S. P. D.  
JOHANN. VLRIC.  
CRAMER,

J. V. ET PHIL. D. ET PROF.  
JVR. ORD.

 dhuc immotus ea in sen-  
tentia persisto, Præstan-  
tiam Philosophiæ & ge-  
nuinæ Methodi in omni  
Jurisprudentia insignem  
esse. Et quælo considera, quid præ-  
stent in Jure, horum studiorum  
osores rosoresque! Blaterant. Qui-  
dam contenti pluribus verbis aliqua  
in re commorari. Quidam omnes  
nervos eo intendunt, ut projiciant  
ampullas & sesquipedalia verba. Si  
vero notiones cum verbis jungendas  
investigaveris, te in aere piscatum  
fuisse, fatearis necesse est, Quid di-  
cam

phus ~~nāl~~ ~~έξων~~ audiat, Eodem Jure  
quo Græcis Poetæ nomine HOME-  
RVS venit, & nos Germani Illustrem  
WOLFIVM Philosophum ~~nāl~~ ~~έξων~~  
appellare possumus: quippe qui o-  
mnium Nationum Philosophis Ce-  
leberrimis palmarum præripuit, quem-  
ve hoc de statu non dejicit LAN-  
GIVS malevolente ingenio natus,  
etsi contra ipsum scriberet, quæ  
plaustra implerent;

*Hic nigra succus loliginis, hæc est ærugo  
mura.*

Optime ergo rebus Tuis consu-  
luisti CLARISSIME CANDIDATE,  
quod antequam Themidis Sacra ac-  
cederes, Philosophiæ Wolfianæ &  
Methodo demonstrativæ operam de-  
deris, quo felici successu deinde his-  
ce subsidiis adjutus ad legum erudi-  
tionem adspiraveris, specimen præ-  
fens, quod pro capessendis summis in  
utroque Jure Honoribus edidisti, ma-  
ximo arguento est, utpote quo  
mate-

\*

¶

cam de ipsorum demonstrationibus !  
Ratiunculam , quam ad instar auræ  
naribus adprensæ captarunt , reci-  
tant , vel si ambitiosius demonstrare  
volunt , eos saliendo se exercere cre-  
das . Atque sic Philosophia magno  
supercilio contemta suimetipsius  
vindex . Enimvero soli Philosophiæ  
**WOLFIANÆ** & Methodo de-  
monstrativæ , quam Philosophus  
primus ad certas regulas rededit , laus  
hæc debetur . Evidem præjudicii  
inveteratis occœcati , & juxta Phi-  
losophiæ suæ decempedam Wolfia-  
nam dijudicantes , hoc pervidere ne-  
queunt : Quin dubitabile illud pectus  
Gießense dogmata enodata nodis in-  
nectere annitur . Esto , Mihi & aliis  
non sunt dubiorum suorum rationes ;  
adeoque missis iis ruto doctrinais istis ,  
de quarum veritate convicti sumus ,  
superiores quas vocant Facultates in-  
ædificamus . Iratas itaque ambas in-  
flet buccas **L A N G I V S** ville , quod  
Illustris **W O L F I V S** nobis Philoso-  
phus

plus καὶ τέλον audiat. Eodem Jure  
quo Græcis Poetæ nomine HOME-  
RVS venit, & nos Germani Illustrem  
WOLFIVM Philosophum καὶ τέλον  
appellare possumus: quippe qui o-  
mnium Nationum Philosophis Ce-  
leberrimis palmam præripuit, quem-  
ve hoc de statu non dejiciet LAN-  
GIVS malevolente ingenio natus,  
etsi contra ipsum scriberet, quæ  
plaustra implerent;


*— Hic nigra succus loliginis, haec est ærugo  
mera.*

Optime ergo rebus Tuis consu-  
luisti CLARISSIME CANDIDATE,  
quod antequam Themidis Sacra ac-  
cederes, Philosophiæ Wolfianæ &  
Methodo demonstrativæ operam de-  
deris, quo felici successu deinde his-  
ce subsidiis adjutus ad legum erudi-  
tionem adspiraveris, specimen præ-  
fens, quod pro capessendis summis in  
utroque Jure Honoribus edidisti, ma-  
ximo arguento est, utpote quo  
mate-

¶ ( ) ¶

materiam, quæ magni nominis Ju-  
risconsultis tot tricis involuta visa,  
ope Philosophiae Wolfianæ & Me-  
thodi demonstrativæ adeo planam  
fecisti, ut ea quæ obmoveri solent,  
sponte corruant. Non possum ergo  
non, quin Tibi de hisce egregiis stu-  
diorum Tuorum primitiis vehemen-  
ter gratuler. Maestæ virtute esto.  
Resque Tuas porro ita age, ut sis  
Tibi honori, Amicis gaudio, Patriæ  
nec non Orbierudito magno emolu-  
mento. Vale. Dab. Marb. Cattor.  
d. 25. April. A. 1735.

Obituum  
JULII CAROLI FRANCISCAE  
duo succedentium Tominis Sacrae Sc-  
cèderet, Præcepitq[ue]s. A. Q[ui]llius  
Methodio dehonitissimæ doctrinæ pris-  
q[ue]s, duo letiis iacchis q[ue]ndam p[er]i-  
ce t[er]pique s[er]uitur h[ab]entem cuncta  
sicutur q[ui]l[la]c[er]t, tecumq[ue] d[omi]ni  
ximis si g[ra]mmeatu[m] f[er]i, thote quo



## PRÆFATIO.

**Q**uanta confusio in *Doctrina de Consuetudine*, ejusque requisitis ac probacione, nec non de discrimine ejusdem ab observantia, ad nostra usque tempora inter Jurisconsultos regnaverit, non satis deplorare possunt Viri de Jurisprudentia optime meriti THOMASIVS in *Dissertat. Inaugur. de Jure consuetudinis ac observantie*, Hale a Petro Herff, Anno 1699. proposita. Atque GUNDLINGIVS, in *Fascicul. 7. Gundling.* p. 142. & seq. qui ob id quoque eidem medelam afferre omnibus viribus studuerunt; quid vero præliterint, decidere mearum non est partium; Id unicum tango, eisdem, in primis vero THOMASIVM, plurima consuetudinis necessaria requisita ex pruritu quodam novaturiendi tanto alias Viro inventato exhibilasse, autoritatemque ejusdem artis nimis cancellis inclusisse. Interim quilibet, qui vel cursorie Prudentum Responsa, & sic dicta Confisi-

P R A E F A T I O.

Consilia per volverit, negare erubescet, maxi-  
mi hanc doctrinam esse momenti; cum nihil  
frequentius sit in Actis publicis pariter ac pri-  
vatis, (ut cum KEMMERICHIO loquar,) quam  
quod partes, jura sua adversus se invicem tueri  
satagentes, ad consuetudinem provocent, atque  
in ea cause sua praesidia querere concentur;  
Quamobrem gravitatem materie probe perspi-  
ciens nullus dubitavi, eandem pro specimene hoc  
publico ex officio edendo feligendis tantumq[ue]cum  
& Patriæ meæ dulcissimæ maximo usui esse possit,  
utpote in cuius Foris ob Legum scriptarum de-  
fessionem plurimum consuetudinibus locorum par-  
ticularibus standum est. In hoc specimene do-  
ctrinae consuetudinis generali, ope Methodi lu-  
cem quandam affundere conatus sum, specia-  
liora & affinia alii tempori reservaturus. Quid  
praestiterim, tuum est, B. L. judicare, & si  
forsitan humani quid passus fuerim, id ut calamo-  
nium properanti attribuere velis, est quod  
rogo.

rogo. DIS  
-is incolumis vestigia mactantur, inquit, ut de  
-ab, intercessione vero huius, et intercessione undie  
-mat inimicis, amissio si non veritatem ostendit  
**MVIZAMOHT** ergo riteque utiles ap  
-plicat, et incepit circumire, ut etiamque curvando  
-in eis, tanta omnia ibi circuitera vobisque nisi  
-mobilis supradictiorum, obliquetas esse  
-modicum intentum. Applicati illorum, riteque et  
-alio in Cibos profundentes, et circuiter hoc

DAS



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN A<sup>N</sup>V<sup>G</sup>URALIS  
JURIDICA,

DE

J V R E  
CONS<sup>V</sup>TUDINARIO.

§. I.



*consensus tacitus* vocatur,  
qui facto declaratur.

§. II.

*Jus non scriptum* seu  
*consuetudinarium* est,  
quod tacito superioris  
consensu constitutum.

*Scholion.* Realitas hujus definitionis in-  
de elucescit; obligatio civilis tota quanta su-  
perio-

A

perioris voluntate nititur (*a*); jam superior voluntatem suam tam verbis expressis, quam tacite ipso facto declarare valet; jus vero voluntate expressa superioris constitutum vocatur jus scriptum (*b*), & huic opponitur jus non scriptum (*c*), unde confit, hoc nil aliud esse quam jus tacito superioris consensu constitutum. Ceterum datam consuetudinis definitionem congruere definitioni JVLIANI in L. 32. ff. de LL. quivis facile perspicit; JVLIANVS consuetudinem definit per jus moribus constitutum, per mores itaque populus Romanus voluntatem suam prodidit; JVLIANVM autem ad ea tempora respexisse, quibus populus Romanus gaudebat potestate legislatoria, ex ipsis verbis palam est; quid interest, dicentis, suffragio populus voluntatem suam declarat, an rebus ipsis & factis? Sicque voluntas illa tacita declarata per mores fuit tacita superioris voluntas; cum ergo una definitio ex altera deducatur, in eoque solum differant, quod data ad generalitatem evecta in omnibus Rerum publicarum formis obtinet, patet, definitionem datam cougruere definitioni JVLIANI.

*§. III.*

(*a*) §. 405. Polit. Wolf.

(*b*) Illustr. Heineccius in Elem. Jur. civ. L. I. T. II.

§. 44.

(*c*) §. 3. L. de I. N. G. & C.

§. III.

Quæcunque itaque ad id requiruntur, ut constet de tacito superioris consensu, ea quoque requiruntur ad consuetudinem (§. 2.).

§. IV.

Quare cum consensus tacitus factum consentientis requirat (§. 1.), id vero heic consistere non possit, nisi in eo, quod superior a ceteris subditorum non prohibeat, cum potuisse; ad consuetudinem actus subditorum requiruntur, ex quibus consensus superioris colligi potest (d).

§. V.

Quoniam igitur ex actibus subditorum consensus superioris colligi nequit, si in eosdem consentire non potest, impossibilitas vero vel moralis vel physica est (e). Actus subditorum ita comparati esse debent, ut superior physice & moraliter in eos consentire possit (f).

§. VI.

Actus rationabiles vocantur, qui Juri Naturæ & saluti Reipublicæ in specie conformati comprehenduntur.

A 2

§. VII.

(d) Menoch, cons. 37. n. 92. Struv. Jurisprud. Rom. Germ. I. I. T. II. §. 13.

(e) Clariss. Bulffinger Dilucid. Philos. §. 10, & seq.

(f) L. B. a Lyncker I. Resp. CXXXII. n. 10, & 25.

## §. VII.

*Actus consuetudinis introductivi rationabiles sint, necesse est (f).* Etenim actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debent, ut superior etiam moraliter in eisdem consentire possit (§. 5.). *Enimvero per se patet, in actus Juri Naturæ & in specie saluti Reipublicæ contrarios superiorem moraliter consentire non posse.* Quare cum actus rationabiles vocentur, qui Juri Naturæ & saluti Reipublicæ in specie conformati deprehenduntur (§. 6.), actus consuetudinis introductivi rationabiles sint, necesse est.

*Scholion.* Ex hoc fundamento B R V N N E M A N N V S consuetudinem, qua bona naufragorum fisco vel accolis inventoribus adicuntur, multum iniquitatis in eadem deprehendens, impugnat, eamque minime servandam pronuntiat, quam iniquitatem cum SCHILTERVS perspicere non potuerit, eandem quoque servandam afferit.

## §. VIII.

*Actus consuetudinis introductivi publici esse debent (g).* Etenim actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debent, ut superior

(f) C. mala dist. 8. cap. 1. X. de consuet.

(g) Franzk, ad tit. π. de LL. n. 110.

rior physice in eisdem consentire possit (§. 5.);  
Enimvero hoc fieri non posse, nisi ad notitiam  
superioris pervenire queant, palam est. Qua-  
re cum actus publici ita peragantur, ut in quo-  
rumvis notitiam pervenire possint, adeoque  
ita comparati sint, ut ad notitiam superioris  
pervenire queant, evidens est, quod actus  
consuetudinis introductivi publici esse debeant.

ad cetera in libro §. IX.

Quoniam igitur *a*ctibus* publicis oppo-*nuntur *Clandestini*, iisdem *consuetudo introdu-*c*i* nequit.

§. X.

Cum vero non soli actus judiciales sed &  
extrajudiciales publici esse possint; *ad consuetu-*  
*dinem neutiquam a*ctus* judiciales necessarii sunt,*  
*sed & extrajudiciales sufficiunt* (b).

*Scholion.* Negandum tamen non est, fa-  
cilius ad notitiam superioris pervenire posse a-  
ctus judiciales, & adhuc magis in judicio con-  
tradic*tio* five potius contradic*tori* gestos;  
Eam ob causam quoque ipse VLPIANVS (i)  
ait, hisce a*ctibus* consuetudinem tantum fir-  
mari.

A 3.

§. XI.

(b) Illustr. Böhmer II. Conf. 869. n. 15. & 16.  
Hahn ad Wesenb. tit. de LL. n. 9.

(i) In l. 34. π, de LL.

**S. XI.**

*Ad consuetudinem reiteratio actuum requiritur (k).* Etenim ad consuetudinem tales actus requiruntur, ex quibus consensus superioris colligi potest (§. 4.). Quare cum ad id non sufficit, ut actus ita comparati sint, quo ad notitiam superioris pervenire queant (§. 8.), sed insuper probabile esse debet, quod ad istam pervenerint; ex reiteratione actuum vero haec probabilitas enascatur, evidens est, quod ad consuetudinem reiteratio actuum requiratur.

Idem & sic ostenditur; concedamus quoque, istum unicum actum superiori innotuisse, & nec tum consensum ipsius inde colligere licet; id adhuc obstat, superiorum sibi persuadentem, subditos in posterum motu proprio talem actum omissuros, necesse non duxisse legem ferre prohibitivam; Quare cum actus consuetudinis introductivi ita comparati esse debeat, ut consensus superioris inde colligi possit (§. 5.) iidem reiterari debent.

(i) *Scholion.* Quilibet haud difficulter mihi largietur, tali modo illationem consensus superioris infringi, modo perpendere, ipsi vi muneris legislatori incumbere, intent onis suae contrarium lege prohibitiiva coercendi; Constat

(k) L. I. C. quæ sit long. consuet.

stat autem, superiores citius nec ferre nec teneri ad ferendas leges prohibitivas, usquedum intentioni sua contrarium legeque supprimendum saepius fuerit peractum, firma ergo demum est consensus superioris illatio, si plures existant actus, quod DD. termino frequentiae etiam exprimunt.

§. XII.

*Actus continui* dicuntur, si series eorumdem per contrarios non interrupta.

*Scholion.* Patet id per definitionem continui a PHILOSOPHO stabilitam (1).

§. XIII.

*Actus consuetudinis introductivi debent esse continui* (m). Pone enim, actus non esse continuos, seriei actuum consuetudinem constituentium contrarii sunt interpositi (§. 12.). Ast enimvero sic consensus superioris iterum inde colligi nequit, utpote qui perspiciens subditos jamjam suos mutasse mores, prioribus actibus contrarios sponte sua exercentes, necesse non duxit, ut sibi improbatum lege prohibitiva coerceret, quare cum ad consuetudinem tales subditorum actus requirantur, ut inde consensus superioris colligi possit, actus consuetudinis introductivi debent esse continui.

§. XIV.

(1) §. 154. Ontol. Lat. Wolf.

(m) Schilter Exercit. 2. §. 21. Ill. de Bergerconom. Jur. p. 13. IV. Conf. Marp. 12. n. 164.

## §. XIV.

Cum adeo unicus actus contrarius ob sit  
continuitati actuum (§. 12.) & ad consuetu-  
dinem requirantur actus continui (§. 13.) sequit  
ur, *unicum actum contrarium impedire consue-  
tudinem introducendam (n).*

## §. XV.

*Reiteratio actuum consuetudinis introdu-  
citorum longo tempore fieri debet (o). Pone  
enim, eosdem actus brevi temporis spatio se-  
invicem excipere. Quatenus ad notitiam su-  
perioris actus pervenire debent, brevi tempo-  
re plures suscepisti, tanquam unicus con-  
siderandi sunt; Cum itaque unicus actus ad con-  
suetudinem introducendam non sufficiat, (§.  
11.); nec sufficit, ut iidem actus brevi tempo-  
re se invicem excipiant; hinc patet, reiteratio-  
nem actuum longo tempore fieri debere.*

*Scholion.* Facile est intellectu, tem-  
pus istud diurnum legibus esse determinan-  
dum, ad praescindendam litium multitudinem,  
ex omissione ejusdem determinationis oriun-  
dam; ast legibus civilibus idem minime definitum  
deprehendimus, etiamsi in codice totus titulus  
exstet,

(n) Berlich I. Dec. 74. n. 5. Müller ad Struv. tit.  
de LL, §. 20. lit. e. Schultes. 2. qu. 76. n. 53.

(o) L. 3. C. quae sit longa confuet,

existet, quæ sit longa consuetudo; Saxones hac in re majori cura principiis Politicis insistentes tempus istud spatio triginta annorum, anni & diei definierunt (*p*); quos propterea frustra VINNIUS carpit.

## §. XVI.

Cum ergo Legibus civilibus istud tempus diuturnum definitum non sit (Schol. §. 15.); ea vero quæ Legibus determinata non sunt, arbitrio Judicis sint relæcta (*q*); sequitur, determinationem temporis diuturni secundum Leges Civiles arbitrio Judicis esse relætam (*r*).

## §. XVII.

*Imitari* dicitur unus alterum, si unius actiones similes sunt actionibus alterius.

*Scholion.* Sic nonnulla bruta hominem imitari dicuntur, quatenus ipsorum actiones irrationales, hominis actionibus rationalibus similes deprehenduntur: de quibus multa exempla collegit RORARIUS in tractatu, quod bruta sâpe melius utantur ratione quam homines, nuper cum doctis annotationibus cura Cl. RIEBOVII recuso.

## B

## §. XVIII.

(*p*) Land- Recht lib. I. art. 29. Illustr. a Lyncker II. Resp. 12.

(*q*) Vide L. I. §. 2. ff de Jure deliber.

(*r*) Menoch. de arbitr. Jud. quest. lib. 2. cent. I. cas. 33. n. 6. Cujac. 20. obs. 1. Grot. de J. B. ac Pac. l. II. c. 4. n. 5.

**§. XVIII.**

*Consuetudo imitatur Legem* (t). Quoniam enim consuetudo jus est (§. 2.); Jus vero regula, juxta quae actiones nostras determinare obligamur (§. 16. Phil. Moral. Wolf.), igitur consuetudo subditos ad actiones sic potius quam aliter determinandas obligat. Enimvero imitatio ibi generaliter obtinere dicitur, ubi actiones duorum plurimum agentium ad se invicem comparatae, similes deprehenduntur (§. 17.). Quare cum Lex quoque id operetur, ut subditos ad actiones sic potius quam aliter determinandas obliget, ea saltem differentia, quod hic principium obligationis voluntas superioris expressa, ibi vero tacita sit, evidens est, quod consuetudo legem imitetur.

**§. XIX.**

Cum ergo legis efficacia sit, ut imperet, vetet, permittat, & puniat (u), & consuetudo legem imitetur (§. 18.) patet, *consuetudinem quoque imperare, vetare, permittere & punire.*

**§. XX.**

Porro hinc fluit; cum Lex subditos obliget ad scientiam, ad obedientiam, imo & in-

(t) §. 9. I. de J. N. G. & C; I. ult. C. quæ sit longa confuer.

(u) L. 7. ff. de LL.

*conscientia (v) & consuetudinem subditos non soluni ad scientiam, ad obedientiam, sed etiam in conscientia obligare (x).*

*Scholion.* Nimur nota, eo in casu, in quo Lex Civilis eandem actionem Jure naturali pro diversitate omnium circumstantiarum diversimode determinatam, generaliter uno modo determinat (§. 401. Polit. Wolf.), idem consuetudine fieri posse. Quemadmodum itaque tunc Lex, quamvis Juris naturalis non sit, in conscientia obligat, quoniam Jure naturali ad obedientiam superiori praestandam obligamur; ita quoque eodem in casu consuetudo similiter voluntatem superioris declarans in conscientia obligat.

### §. XXI.

*Consuetudo contraria Legem priorem abrogat (y). Etenim consuetudo legem imitatur (§. 180); jam vero Lex posterior contraria Legem priorem abrogat (z); Ergo & consuetudo contraria Legem priorem abrogat.*

B 2

*Scho-*

(v) Struv. Synt. Jur. Civ. pag. m. 42.

(x) Myusing, cent. 5. obs. 29. n. 6. & 7. Müller ad Struv. tit. de LL. §. 22. lit. L.

(y) L. 32. §. 1. ff. de LL. Ill. Böhmer II. Cons. 190. n. 4. & 15. 868. n. 36.

(z) L. fin. ff. de constit. princ; L. 28. ff. de LL.

**Scholion.** JOSEPHVS AVERRANIVS  
 Antecessor Pisanus (*a*) hanc propositionem ut  
 testimonii veterum LIVII (*b*), QVINTI-  
 LIANI (*c*), TACITI (*d*), atque MACRO-  
 BI (*e*), ita & ex frequenti Legum revocatio-  
 ne, exempla ex LIVIO (*f*) CORN. TACI-  
 TO (*g*) & APPIANO (*h*) petens, probat;  
 eandemque ab institutis Atheniensium deri-  
 vat, teste GELLIQ (*i*). Mihi perinde est, an  
 instituta Atheniensium Romanis ansam præ-  
 buerint, eadem adoptandi, an vero propriis  
 luminibus usi sint; sufficit, eadem rationi &  
 consonantia Legum conformem deprehendisse.

Interim jamjam oggannientes audio, con-  
 trarium in famosa ista *L. 2. Cod. que sit longa*  
*consuet.* ab Imperatore CONSTANTINO con-  
 stitutum esse; *Consuetudinis*, dicente, *ususve*  
*longævi non vilis auctoritas est, verum non us-*  
*que adeo sui valitura momento, ut aut ratio-*  
*nem vincat aut Legem; sed non ita est, si re-*  
*cte verba Legis perpenduntur, propositio de-*  
*terminata hujus Legis est; Consuetudo sui mo-*  
*mento non vincit Legem, h. e. consuetudinis in*  
*se spectatæ, non major sed eadem obligandi vis*  
*est*

(*a*) *z. Interpret. Juris I.*

(*b*) *lib. 45.*

(*c*) *L. 3. cap. 6.*

(*d*) *Annal. lib. 6.*

(*e*) *lib. 3. cap. 17.*

(*f*) *Lib. 7.*

(*g*) *Annal. lib. 6.*

(*h*) *Lib. I. Bell. Civil.*

(*i*) *Lib. II. cap. 18.*

est; quod congruit propositioni (§. 18.) demonstrata; consuetudinem Legem imitari, cum adeo consuetudinis *sui momento* eadem vis est ac Legis, sequitur eandem in se propriis viribus non vincere Legem, sed tantum ratione temporis ac mutatae Legislatoris voluntatis, quæ civilis obligationis fundamentum est; adeoque patet, l. 2. C. cit. minime obstare l. 32. ff. de LL. sed eidem utique congruam esse. Atque similem in modum hasce inter duas Leges apparentem tantum esse contradictionem, demonstravit Ampliss. DN. CRAMER Patronus ac Praeceptor ad cineres usque colendus, fovendus (k).

## §. XXII.

*Consuetudinem Lex posterier contraria tollit* (l). Vtraque enim dependet a voluntate superioris, hæc ab expressa, illa vero a tacita (§ 2.); jam vero nemo non concedit, voluntatem superioris posteriorem priori contrariam eandem tollere; Ergo & Lex posterior consuetudini priori contraria hanc tollat necesse est.

## §. XXIII.

Quamobrem cum consuetudo imitetur Legem (§. 18.), & Lex posterior priorem tollat consuetudinem contrariam (§. 22.); Sequitur

(k) In Program. de optima jura docendi methodo pag. 11.

(l) Struv. Exercit. ad ff. tit. de LL, §. fin.

**E**c consuetudinem posteriorem contrariam seu defectitudinem tollere consuetudinem priorem (m).

§. XXIV.

**N**on Clausula derogatoria legi addita generalis: non obstante quacunque consuetudine; futuram consuetudinem contrariam non impedit (n). Cum enim pro diversis circumstantiis salus publica saepius exigat, legem priorem, non obstante ista clausula, a superiori abrogari; Idque tantum a voluntate superioris contraria dependeat, utpote cuius solius arbitrio nititur, consuetudo autem contraria voluntatem superioris contrariam declarat (§. 2.); evidens est, quod clausula derogatoria legi addita generalis; non obstante quacunque consuetudine, futuram consuetudinem contrariam non impedit.

§. XXV.

**C**onsuetudo notoria vocatur, cuius memoria actibus quotidie fere occurribus conservatur.

§. XXVI.

**C**onsuetudo ab allegante est probanda(o), nisi eadem sit notoria (p). Quoniam enim consuetudo

(m) Idem cit. I. Franc. Vivius decis. 311. n. 6.

(n) Richter p. 2. decis. 83. n. 144 Rauchbar. I. qu. 34. n. 74. Brunnen, in comment. ad I. 3. ff. de sepius, violat.

(o) Böhmer II. Cöns. 655. n. 4.

(p) Mynsinger V. obs. 96. n. 6. Schulzes, 2. qu. 77. n. 4.

tudo actibus subditorum reiteratis introducitur (§. 4. & 11.); igitur in facto consistit; Quare cum expediti juris sit, ea quæ in facto consti-  
tunt, ab allegante probanda esse (*q*); & con-  
suetudo ab allegante est probanda. *Enim* vero  
si consuetudo notoria est, memoria ipsius acti-  
bus quotidie occurrentibus in plerisque viget  
(§. 25.); unde cum consuetudo probanda sit, ut  
de ea constet; notorietas probationis loco est,  
ad eoque nulla ulterior probatio alleganti in-  
cumbit.

## §. XXVII.

*Consuetudinem probantis tantum est actuum  
frequentiam & diuturnitatem temporis pro-  
bare* (*r*). *Etenim* nemo non conce-  
dit, consuetudinem probatam esse, quam-  
primum de requisitis consuetudinis constat;  
Jam vero actus præsumuntur rationabiles (*s*),  
consequenter eosdem esse rationabiles, pro-  
bandum non est. Nec magis continuitas  
eorundem est probanda; si enim probandum  
esset, hos actus per contrarios non esse interru-  
ptos, probanda esset directe negativa, quæ cum  
probari nequeat (*t*), nec continuitas actuum  
est probanda, sed actus contrarios afferenti  
eosdem

(*q*) C. 3. X. de testib. cog. Gail. 2. obs. 31.

(*r*) Schultes. 2. qu. 76. n. 119. Müller ad Struy.  
tit. de LI. §. 21. lit. a. L. B. a Berger in caco-  
nom. Jur. p. m. 14. (*s*) Idem cit. l. p. 14. & 18.

(*t*) C. 11. X. de probat. c. 23. X. de Elect.

eosdem probare incumbit. Cum vero nec frequētia actuum nec diuturnitas temporis præsumi queant, adeoque probatione indigeant, utique patet, frequētia actuum & diuturnitate temporis probatis de omnibus consuetudinis requisitis constare. Ex quo consequitur probantis consuetudinem tantum esse actuum frequentiam atque diuturnitatem temporis probare.

## ¶. XXVIII.

Exinde colligere licet, testibus productis articulos probatoriales solum de actuū frequentia atque diuturnitate temporis concipiendos esse (§. 27.).

*Scholion.* Formula recepta asserta hujus & antecedentis paragraphi a posteriori quoque confirmat. sic enim BERGERVS articulos format. Art. I. Wahr / daß nachdem Anno 1667. zwischen Seja, als Caij Wittbe / Klägern an einem / Titio desselben Bruder / Beklagten andern Theils / in simili causa von denen Stadt / Gerichten alhier ein Streit entstanden / pro Seja contra Titium Rechts / kräftig erkannt worden.

Art. II. Wahr / daß nachher am 6. Aug. 1685. in Sachen Cajz als Sempronii Wittbe / Klägern an einem / Mævii desselben Bruder / Beklagten andern Theils / ebenmäßig also Rechts / kräftig gesprochen worden.

Art. III.

Art. III. Wahr / daß vom 15. Septemb.  
1668. als von der Zeit / da das beym ersten  
Artic. inducire Urtheil Rechts-krafftig wor-  
den / bis zur Zeit des jego angestellten Pro-  
cessus 31. Jahr 6. Wochen / und 3. Tage  
verflossen.

## §. XXIX.

*Ad consuetudinem probandam duo suffici-  
unt testes omni exceptione maiores (u). Tot  
enim ad consuetudinem probandam sufficere  
testes, quot ad plenam fidem faciendam suffi-  
cient, quilibet facilime perspicit; Enimvero  
explorati juris est, duos omni exceptione ma-  
iores eo sufficere testes (v). Vnde patet, ad  
consuetudinem probandam duos sufficere testes  
omni exceptione maiores.*

## §. XXX.

Cum vero ratio, cur ad minimum duo  
testes ad plenam probationem requirantur, a-  
lia non sit; quam quod ea, quae in facto con-  
fistunt, etiam perspicacissimum facile fallere  
possint; & s̄p̄jus pr̄ter opinionem quis ex ra-  
tionibus occultis ad mendacium permoveri que-  
at; Id vero non probabile, si duorum de-  
positiones concordes deprehendantur, cui-

C

vis

(u) Klock tom. 3. conf. 101. n. 4. & 13. Paul Voet.  
de Statut. Sect. 3. c. 1. n. 21. Schultes. 2. qu.

77. n. 5. & qu. 76. n. 66.

(v) c. 5. c. 10. c. 23. X, de test. & attest.

cuivis patet; ad consuetudinem probandam nec minus judicis nudam assertiōnem, nec minus Doctoris, & vel Excellentissimi, testimonium sufficere (x).

### §. XXXI.

Quoniam tamen a Pontifice, ad praevenundum, ne falsa assertione iniqui Judicis innocens litigator facile opprimi posset, cautum (y); ut Judex in actibus contentiosa Jurisdictionis adhibere debeat Actuarium juratum, per quem omnia coram judicio gesta conscribantur; igitur si Judex ex actis publicis adducat tales actus, in quibus hoc vel illud ius aut observatum, istud testimoniorum duorum depositione testium equipollere, consequenter ad consuetudinem probandam sufficere debet (§. 29.) (z).

### §. XXXII.

Et quia a Judge semel ad officium jumentum prestari solet; porro inde sequitur; Judici ut tali fidem sine jurejurando haberi, ut testi non haberi (a).

### §. XXXIII.

(x) Illustr. Böhmer II, conf. D XCIV. n. 4. & DC XXVII. n. 42. L. B. a Lyncker II. Resp. XII. n. 39. Leyser medit. ad ff. t. 1. Specim. 9. §. 9.

(y) In c. 11. X. de probat.

(z) Struv. Exercit. II, §. 21.

(a) Berger in oeconom. Jur. p. 17.

§. XXXIII.

*Vnius testis depositio allegantis jurejurando suppleri nequit, si consuetudo probanda proprii, secus si alterius loci vel multum antiqua fuerit (b).* Etenim si agitur de probanda consuetudine proprii loci, & unicus testis tantum producitur, id maximam præsumptionem adversus producentem excitat: cum consuetudo actibus publicis introducatur (§. 8.); adeoque verosimiliter pluribus nota sit, & in proprio loco nec illi ignoti esse queant, quibus de consuetudine constat. Jam vero haec præsumptio probationi semiplenæ detrahatur, sed & cesset, necesse est, si multum antiqua vel alterius loci consuetudo probanda, ob cessantem rationem. Quare cum juramentum suppletorium demum obtineat, si semiplene fuerit probatum (c); unius testis depositio allegantis jurejurando suppleri nequit, si consuetudo proprii loci, secus si alterius loci vel multum antiqua consuetudo probanda.

§. XXXIV.

*Consuetudo alicuius loci probanda est actibus in hoc ipso loco commissis (d).* Pone enim

C 2 actus

(b) Idem cit. loc. pag. 14. Mafcard. concl. 424, n. 23. seqq.

(c) Illustr. Böhmer ad Dig. XII. 2, §. 28.

(d) Meichsner 1. decis. 14, n. 62. Cothmann II, Conf. 84, n. 52.

actus alio in loco frequentatos; Nondum inde sequitur, quod etiam in loco quæstionis frequentati: Quare cum consuetudo probata dici nequeat, nisi frequentia actuum probata fuerit (§. 27): consuetudo alicujus loci a cibis in hoc ipso loco commissis probanda est.

### §. XXXV.

*Si consuetudo de genere casuum, sub quo datus tanquam species continetur, probari potest; ad eam de isto probandam opus non est actibus in specie in ipso celebratis (e); secus si consuetudo de istiusmodi genere casuum probari nequit (f).* Si enim consuetudo de genere casuum, sub quo datus tanquam species continetur, probari potest; ad prædicata generis referri debet (§. 200, Log. Lat. Wolf.). Jam vero prædictorum generis ad species & individua applicatio legitima est (§. 235. 236. Log. Lat. Wolf.). Ergo ad eam de quadam specie casuum sub isto genere contentam probandam opus non est actibus sub ipsa per modum individuorum contentis; sive quod perinde est, in specie in hoc casu, de quo agitur, celebratis. Si vero consuetudo de istiusmodi genere casuum probari nequit; pone ad eam de quadam casuum specie probandam afferri posse actus ad alias pertinentes; sive quod perinde est, tales

(e) Leyser medit. ad ff. Specim. IX. §. 8.

(f) Illustr. Böhmer II. Cons. 388. n. 3.

les qui non in specie in hoc casu, de quo agitur, celebrati; sane a specie una ad alteram argumentaris; Quare cum argumentatio a specie una ad alteram vitiosa sit (§. 642. & 643. Log. Lat. Wolf.); sequitur, ut consuetudo probanda sit ex actibus in specie in hoc casu, de quo agitur, celebratis; si de genere casuum, sub quo datum tanquam species continetur, probari nequit.

*Scholion.* Sic cum Magdeburgi consobrini quidam cum fratum unilateralium liberis ad hæreditatem adspirarent, fundamentum petitionis suæ in eo ponentes, quod Jus Saxonum hoc casu a Magdeburgensibus receptum sit; JCTi Helmstadienses contuetudinem in dicto casu probatam judicarunt; quamvis in genere saltem probatum fuerit, in successionibus Jus Saxonum receptum esse.

§. XXXVI.

*Sententia contra consuetudinem notoriæ vel plene probatam lata ipso jure nulla est (g).* Etenim sententia contra expressam legem lata ipso jure nulla est (h); consuetudo notoria vel plene probata idem operatur ac Lex (§. 18.). Ergo & sententia contra consuetudinem notoriæ vel plene probatam lata ipso jure nulla est.

C 3

§. XXXVII.

(g) Müller ad Struv. tit. de LL. §. 22. lit. β.

(h) l. 2. Cod. quand. prov. non est necess.

## §. XXXVII.

Quoniam igitur sententia ipso jure nulla sine appellatione rescindenda (*i*); utique & sententia contra consuetudinem notoriam vel plene probatam lata sine appellatione est rescindenda (*k*).

## §. XXXVIII.

Cumque Judex lata sententia ipso jure nulla in poenam item suam faciat, h. e. oblitetur ad universum litis dispendium (*l*). Sequitur, ut & Judex contra consuetudinem notoriam vel plene probatam pronuncians item suam faciat (*m*).

(*i*) L. 5. Cod. tit. cit.

(*k*) II. Responf. Lyncker XII. n. 7.

(*l*) pr. Inst. de obligat, quez quasi ex delict. conf. Ziegleri Dicast. cond. XX. §. 53.

(*m*) Müller ad Struv, Tit. de LL, §. 22. lit. s.



## §. XXXIX.

A. d. 15. 1. 11 ab in vnuß h. vñl. d.  
R. vnuß h. vñl. d. C. d. 1. 11





Marburg, Diss., 1731-35

ULB Halle  
005 359 929

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

7  
DISSERTATIO JVRIDICA IN AVGVRALIS, 28  
DE  
**J V R E**  
**CONSVENTVDINARIO,**  
*QVAM*  
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA  
*SVB AVSPICIIIS*  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,  
**DN. FRIDERICI,**  
HASSIÆ LANDGRAVII, *RELIQ.*  
AVCTORITATE ET DECRETO  
INCLYTI JVRISCONSULTORVM ORDINIS  
*IN*  
ILLUSTRI ACADEMIA MARBURGENSI  
**PRO GRADV DOCTORIS,**  
SVMMISQUE IN VTRIQUE JVRÆ HONORIBVS ET PRIVI-  
LEGIIS RITE OBTINENDIS,  
MAGNIFICI SENATVS ACADEMICI  
*EXAMINI PVBLICO*  
AD DIEM XXVIII. APRILIS, ANNI c15 Iccc xxxv.  
SVBMITTIT  
**SIGISMUND. FRIDERIC. KÖENIG,**  
HELVETIO - BERNAS.

*MARBVRGI CATTORVM,*  
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPEGR. ET BIBLIOP.

KÖNFRID  
UNIVERS.  
ZVHALIE

